



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCI. Bischof Dietrich von Brandenburg stiftet beim Domcapitel seine, seiner Vorgänger und seiner Eltern Gedächtnißfeier, indem er dem Domcapitel gewisse Hebungen aus Wollin und später aus Pritzerbe ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

nec non validis viris Gerharo Kotten et Henningho Groten, vassallis nostris, cum ceteris pluribus fide dignis testibus ad premissa et ad perpetue perseverantie, roboris, fidei, auctoritatis et evidentie, omnium et singulorum premissorum stabilitatem ac in commutabilem atque perhennem firmitatem. Actum et Datum Sejeser anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo quarto, die proximo sequenti post festum Philippi et Jacobi, apostolorum beatorum.

Nach dem Original.

CCCI. Bischof Dietrich von Brandenburg stiftet beim Domcapitel seine, seiner Vorgänger und seiner Eltern Gedächtnißfeier, indem er dem Domcapitel gewisse Heubungen aus Wollin und später aus Pritzerbe und Zerchesar überweist, am 3. Mai 1374.

Nos Thydericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, lucide recognoscimus per hec scripta, quod ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue, virginis Marie, ac omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem felicis recordationis predecessorum et progenitorum ac nostri et successorum nostrorum animarum memoriam et remedium sempiternum, pensatis nostre ecclesie Brandeb., cui favente domino presidemus, fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus ac facultatibus temporalibus, sine quibus spiritualia diu existere non possunt; que quidem temporalia propter instabilem et malum terre statum ac alia onera eidem ecclesie incumbentia sunt extenuata adeo et diminuta, quod persone ibidem degentes, divinum cultum respicientes, congruam nequeunt habere sustentationem. Ut igitur ad divinum cultum tenendum et habendum eedem persone uberius valeant sustentari, appropriavimus, dedimus, donavimus ac sollempni donatione iuste proprietatis titulo liberaliter presentibus appropriamus, damus et donamus pure propter deum dictis personis conventualibus et ecclesie Brandenburgensi duo talenta denariorum Brandeb. annuorum reddituum jacentium in censu super decem mansos, quorum quilibet dat annuatim quatuor solidos denariorum in villa Wollin, quam ab illustri principe ac domino, domino Ottone, marchione Brandeb., emimus et comparavimus pro pecunia nostro labore acquisita et eam ad mensam episcopalem et ecclesiam Brandeb. perpetuis temporibus pertinendam procuravimus appropriari. Nos etiam conversatione et meritis dictarum personarum exigentibus intendentes profectibus et utilitatibus ecclesie et personarum predictarum loco et vice predictorum duorum talentorum annuorum reddituum ea transfundendo de villa Wollin propter majorem securitatem et utilitatem appropriavimus, dedimus et donavimus ac presentibus appropriamus, damus et sollempni donatione iuste proprietatis titulo ex certa nostra scientia liberaliter donamus predictis ecclesie et personis duo talenta denariorum Brand. annuorum reddituum, in opido Pritzerwe in censu super gurgustum, quod olim fuit Tzyllekens, et ex nunc habet MertenStoys, tres solidos denariorum Brandenburgensium et super curiam seu aream custodie ibidem ecclesie unum solidum eorundem denariorum, item in villa Verchieser in censu super duodecim mansos, super quolibet manso ad censum tres solidos denariorum Brand., ad festum beati Martini persolvendum, renunciantes omni juri, actioni, exactioni, petitioni, quod et que nobis et nostris officialibus spiritualium et temporalium seu nostris successoribus vel eorum dictis officialibus in premissis duobus talentis annuorum reddituum, in Pritzerwe et Verchieser jacentium, directe vel indirecte competunt seu competere poterunt de jure et de consuetudine vel de facto quomodolibet in futurum, statuantes, ut personis conventualibus predictis de summa antedicta in anniversario venerabilis patris,

domini Ludowici episcopi, predecessoris nostri, decem solidi denariorum pro servitio tribuantur, ut memoria ejusdem in vigiliis sollempniter peragendis quinto Kalendas Junii de fero et missa celebranda die tunc sequenti eo sollempniter peragatur, et in anniversario domini Theoderici Kothen, autecessoris nostri et domini Theoderici Dalchow, prepositi nostre ecclesie Brand., videlicet quinto Kalendas Junii de fero in vigiliis et die tunc sequenti in missa sollempniter peragendis decem solidi pro servitio tribuantur. Ceterum decernimus, ut in memoria patris nostri, videlicet Bernardi de Schulenborch, militis, et matris nostre, dicte Ghyffele, omnium parentum nostrorum de fero in vigiliis et die tunc sequenti in missa sollempniter peragendis decem solidi pro servitio tribuantur et pro commemoratione parentum nostrorum ac Christi fidelium animarum in communi septimana feria tertia de fero in vigiliis et die sequenti in missa sollempniter peragendis decem solidi de dictis duobus talentis pro servitio tribuantur, quoadusque, deo volente, nos ab hoc seculo migrare contigerit. Extunc deinceps jam dictis vigiliis et missa in communi septimana singulis annis dimissis, ut vigiliis et missam sollempnes in commemoratione nostri anniversarii celebrabunt, etiam ut supradictorum defunctorum animarum memoriam atque nostri in vigiliis et missarum celebrationibus singulis annis, ut premittitur, eo devotius peragant, hujusmodi decem solidi hiis personis conventualibus predictis, consolationis loco, deinceps tribuantur. Ut igitur hec donatio imperpetuum stabilis perseveret ac etiam ut ipsis fiat quoad temporale subsidium fructuosa, eandem paginam conscribi fecimus ac ipsam majoris nostri sigilli munimine capitulo nostro dari iussimus roboratam, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Johanne de Schulenborch, canonico Halberstadenfi, Hermanno, plebano in Porey, nostro officiali, et Nicolao plebano in Teltow, nec non validis viris Gherardo Kothen et Henningho Groten, armigeris, cum ceteris pluribus fidedignis testibus ad premissa. Actum et datum Zeieffer, anno domini M^o. CCC^o. LXXIII. die inventionis sancte crucis.

Nach dem Originale.

CCCII. Das Domcapitel verkauft dem Prediger im Dorfe Lubars eine jährliche Rente, am 18. Mai 1374.

Otte, van Godes Gnaden Proift, Bertram von Stegelitz Prior unde ganze Capittel tu Brandenburg, bekennen etc., dat wy mit guden wolbedachtem Mude hebben verkoft unde verkopen Hern Niclase Predenitz, Parrere tu Lubars, dry Marck Silvers vor festein Marck, de he uns betalett heft, unde dy wy in unses Godes-Hufes Nut und Frome gekehrett hebben, alle Jar tu sinem Live, dy wile he Perrere ifs tu Lubars, tu betalen up Winachten tu Brandenburgk. Weret aver dat he die Kerke tu Lubas verwiffelde, da schole wy eme, dy wile he levet, von den drin Marcken nicht mehr nach ehr geven, wan uns von der Kerke tu Lubas Pense werdt unde bereitet sy. Weret he aver met Rechte von der Kerke gedrunge, so schole wy eme tu sine Live alle Jahr bereiden zu Brandenburgk twey Marck tu Winachten up den verschreven Dach. Tu Tuge der verschreven Stucke hebbe wy Otto Proift, Bertram Prior unde Capittel tu Brandenburgk unse Insiegel an dessen Brif gehangen, dy gegeben is tu Brandenburgk 1374. am achten Dage der Upfartt unfers Herren.

Der Prediger beglaubigt das Obige.

Witlick si allen, dy dissen open Briff sin oder horen lesen, dat ick Nicolaus Predenitz, Perrere tu Lubars, hebbe gelavet unde geredet unde lave unde rede by dissen jegenwordigen Brive